

**Dissertatio historico theologica de philtris enthusiasticis Anglico Batavis,
h.e. von dem englisch- und holländischen Quäcker-Pulver / [Johann
Philipp Sa-wart].**

Contributors

Sa-wart, Johann Philipp.
Zorn, P.
Universität Rostock.

Publication/Creation

Rostock : 'Nunc recusa', 1717.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/gj5vwb5v>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO HISTORICO THEOLOGICA
DE

PHILTRIS ENTHUSIASTICIS ANGLICO BATAVIS,

H. E.

Von dem Englisch-und Holländischen
Quäcker-Pulver/

QVAM

CONSENTIENTE SUMME REVER. FACULTATE THEOLOGICA,
SVB MAGNifico RECTORALI ATQVE DECANALI
MODERAMINE

DN. ZACHARIAE GRAPPI,

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. ORDIN.
ET AD D. JACOBI VERBI DIV. MINISTRI,

PRÆSIDE

DN. PETRO ZORNIO,

BONARUM ARTIUM MAGISTRO ET SS. THEOLOGICÆ
BACCALAUREO,

D. JAN. ANNO MDCCVII.

IN AUDITORIO MAXIMO

Horis consuetis

PUBLICÆ PLACIDÆQVE ERUDITORUM DISQVIGATIONI SISTIT

JOH. PHIL. SA-WART,

LUNEBURGENSIS, S.S. Theol. Stud.

Rostochi, Nunc recusa clō 13 CCXVII.

XIII.

DISSEMINATIO HISTORICAE THEOLOGICAE

PHILIPPS
ENTHUSIASMUS
ANGLO-SAXONICUS

58700 (23)



ON ZACHARIAH GRAPPI
22. THEO. DOCT. ET PROF. PUBL. ORDIN.

D. N. PETRO NORRHO
BONAE PATRIAE MAGISTRO

IN ACADEMIA MAGISTRO

JOH. PHIL. SAWART

XIX.

ERUDITO ATQVE BENEVOLO LECTORI.

S. D.

PRÆSES.



D curiosum reservatissimum seculum, in quo, ea qua curiositatem non redolent, aut curantur parum, aut plane negliguntur. flocci habentur vulgaria nec cogitatione quadam digna reputantur illa, quæ omnibus nota sunt: Vix hodie quidquam gratum, cui non aliqua invigilavit curiositas, vix quidquam diligitur, quod non à curioso profectum ingenio a). Hinc mirum non est, si multi inter eruditos co-

nentur libros τῶν ἀπαξ λεγομένων, b) quemadmodum ὁ δὲ ἄνακλος c) optabat, consignare, at sæpe tanto cum pruritu novitatis, ut in quibuslibet nugis difficillimis περιεργίαν studiorum suorum ubique tententur d) præsertim, quando jucundum & utile non semper observatur. Sunt, ut verbis Bernardi utar, qui scire volunt, eo fine tantum, ut scientiam suam vendant & turpis curiositas est, & sunt, qui scire volunt ut scientiam suam vendant & turpis questus est, & sunt, qui scire volunt ut scientiam ipsi & turpis vanitas est: sed, sunt quoque, qui scire volunt, ut edificent, & charitas est, & sunt, qui scire volunt, ut edificentur, & prudentia est.

§. I. Hoc aureum Bernardi monitum in præsentī dissertatione optime observavit Nobilissimus atque Præstantissimus Dn. JOH. PHILIPPUS SAWARTUS, Lüneburgensis, Bonarum artium & S. Theol. Cultor indefessus, Fautor atque Amicus meus singulariter colendus. Namque eruditus lector nec CURIOSITATEM facile desiderabit,

A

nec

a) Verba sunt Dn. D. Stryckii in dissertat. jurid. de curiositate.

b) Menagius in Menagionis, ou bous mots, rencontres agreables, pensées judicieuses & observations curieuses p. 360.

c) Ridiculos istiusmodi λεπτωλογίων scriptores facete exagitat Albertus Lainerius Vertonus sive rectius Adrianus Bailletus in libro cui titulus: des Satyres personnelles Traite historique de celles, qui portent le titre d' Anti. T. I. à p. 177. ad p. 298.

d) Conf. Dn. Pauli Christiani Hischeri ἀποσπασμάτια de περιεργία seu inani studio eruditorum.

nec UTILITATEM. *Curiositatem* indicat difficultas materiae hactenus à nemine omni studio adhibito pertractatae. Certe Dn. Schelvgius e) difficultatem rei exacte perpendens, suspendere voluit *Epicrisin Physicos Historicam* uti ex verbis ipsius colligitur. Tremunt, tamen, inquit, adhuc aliqui (inter Quakeros) aut de tremore magnificenzius, quam par est judicant. Ubi quidem animus non est, praedictio nostro quenuquam ex coetu adversariorum, qui tremat, vel tremuerit gravare. Neque enim qua de causa, hic vel ille motum talem senserit, deficientibus idoneis & exceptione majoribus indicis definire audemus: interrim, quia hypotheses Quakeristica à divina mente inscripturis revelata, longissime recedunt suspicio nostra, quod nec tremor ille, quo hypothesis auctoritatem conciliare nitantur, argui aut reprehendi haudquaquam merebitur. Coeterum & utilitatem multiplicem indicat rei gravitas, quippe ex qua non solum *Enthusiasmi* indoles haud leviter illustratur atque exponitur, verum communis tum Veterum tum recentiorum assertio de philtis entusiastis, quam multi indubium vocant, strenue defenditur.

§. III. Cum igitur suavissimus meus SA-WARTUS omne tulerit punctum, dum prodesse & delectare vult erudita sua curiositate, omnium bonorum laudes & suffragia meretur. Certe nullus dubito, quin Tu B. Lector SA-VVARTUM meum & amore sis amplexurus, & laude digna ornaturus, ut laus sit SA-WARTO meo, à laudato atque erudito lectore laudari & commendari. Quod super est Tibi quoque B. Lector Supremi Numinis gratiam apprecor atque officia qualiacunque lubens offero.

SECTIO I.

Sistit Historiam Philtorum apud Hæreticos.

§. I.

QVando tum veteres tum recentiores Hæreticos consideramus, plerosque inter illos per beneficia haereses suas disseminasse observamus. Ex antiquis eminet *Dositheus* Samaritanus, qui primus temporis Apostolici hæreticus fuit. Hic, uti

uti refert *Abrahamus Ecchellenfis Maronita*, Syriacæ linguæ in Colleg. Rom. Professor, a) vetulam amicam habuit, quæ inimicos etiam *Dosithei* in hæreses allicere potuit. Nempe cum *Dositheus* ob adulteratum codicem Sacrum Pontificis Maximi iussu, captivus abducendus esset, muliercula quædam ædium illarum, in quibus *Dositheus* cum codice latuit, Domina promisit emissariis, se tradituram esse codicem mutilatum, si in piscina, quæ ibi erat, se prius lavissent. At enim cum hoc factum esset, omnes illico quasi vi quadam impulsæ in *Dosithei* sententiam atque hæresin abierunt. Dubiam forte quis faceret fidem *Abrahami Ecchellenfis*, utpote cujus notæ ad *Hebed Jesu* ex iudicio *Hottingeri* in Bibliothecario, raritate potius quam soliditate & accurratione commendabiles sint b) at sciat ille, rem totam niti fide genuina *Cronici Samaritani Vetusti*, quod in Bibliotheca *Cardin. Mazzarini* latuit. Sic & *Scythianus*, sectæ Manichaicæ conditor, cum Hierosolymæ à legis Mosaicæ Senioribus victus, nihil proficeret, adhibitis libris magicis, quorum peritiam in India & Ægypto assecutus erat, præstigiis illudere conatus est. Eodem modo *Terbinthus*, Scythiani discipulus, à Mithræ sacerdotibus turpissimè convictus & depulsus, præceptoris sui exemplo, ad *Magiæ artes & præstigias* se convertit, iis efficere studens, nequis deinceps sibi contradicere auderet. Inter libros istiusmodi Magicos autem occurrit liber τῶν ἀπορρητῶν, quo, ut probabile est, reconditiores illorum ritus, præstigiæ & execranda religionis mysteria continebantur, & quarum doctrina non nisi mystis & nefandis eorum orgiis imbutis tradebatur, item liber precum, qui orationum & præstigiarum formulas exhibebat. Confer plura ex formula ejurandi hæresin Manichæorum, quam è codice MSC. Bibliothecæ Regiæ extulit, notisque ad Patres Apostolicos Græcè & Latine inseruit *Job. Bapt. Cotelerius* p. 368. Similem planè, imo eandem potius formulam, ex codice Vindobonensi Græce & Latine nuper edidit. Notisque illustravit *Jacobus Tollius* in antiquitat. Sacris p. 126. Eandem, sed longe contractiorem ex codice Barberini edidit *Jac. Goarzius* in Euchologio. Ab antiquis ad recentiores hæreticos pergimus,

A 2

runt:

a) Notis ad *Hebed Jesu Metropolitæ Solensis* librum de Scriptoribus Ecclesiasticis & profanis Chaldaeorum. Romæ 1643. editum.

b) apud Antonium Teisserium Acad. Regiæ Nemausensis Socium in Catalogo autorum p. 122.

atque pariter habemus tales, qui *per veneficia* dogmata sua propalarunt: Quakeros scil. intelligo. c) Equidem *Gerhardus Cræsus* in *Historia Quakeriana* Lib. I. p. 43. edit. secundæ, hoc assertum nostrum de Quakeris negat, quando dicit: nonnullos omni contumeliarum genere excipere Quakeros, & de vita atque artibus illorum, sine ullo tamen auctore spargere & dissipare, esse *nequissimos mortaliū, esse exorcistas*, ut vulgari utar nomine, & *veneficos*, qui sua speciosa doctrina fenestram & januam ad malitiam omnem patefacere, & suis prætextibus & *incantationibus* atque *prestigiis* homines inescarent & caperent: at vero certum est, *Cræsum* nimium patrocinari Quakeris, ut dicere queas: cum primum animum ad scribendum attulit, id sibi negotii credidit solum dari, *Quakeris ut placerent*, quas fecisset fabulas. d) Accedit & hoc, quod luculenta quædam historia ex ipso met *Cræso* Lib. III. p. 435. probari queat, *Quakeros* vel *Quakeras veneficiorum studiosissimas esse*. Filius erat, nempe, alicujus Ecclesiastæ Anglicani, (*Cræsi* verbis utor) adulta ætate & moribus honestissimis. Is, cum sæpe cum illustri foemina *comite Mordea*, quæ è Puritana facta erat Quakera, in ipsius domo una erat, & multos cum ea de religione sermones miscebat, hæc eum, in suum quoque conventum ac concionem invitat, saltem ut semel accederet. Ille respondet iterum atque iterum (namque instabat illa) velle se in omni re alia ipsi obtemperare, at hac in re morem gerere non posse. Cum juvenis animo obstinato perseveraret, & illi foeminæ, quanto magis in ea re persistisset, tanto majorem dolorem frustratio attulisset, ille sua sponte infit, quod ejus precibus neque volebat, neque poterat obsequi. Videtur autem sibi quadam nocte in somno multa audire ac ternere de Quakeris, & cum evigilarer, cum nil redatur esse, quod errorem sensibus offerret, audit tanquam vocem, iret adiretque coetum illorum hominum,

c) *Noelai le Magia Burgnoniæ vide Colbergium P. I. des Platonisch Hermetisch Christenthumb G. X. p. 391. Otturm. in Annalibus Anabaptism.*

d) *Conf. Dn. Feustkingium in Gynaceo Hæretico-Fanatico p. 28. Alias Cræso debitas laudes non denegamus, præsertim ubi ex veritatis amore, Gallicum quendam autorem, qui Histor. Quakeristicam mendaciis impleverat & deturparat, castigat.*

num, de quibus dormienti tot species erant factæ ; Ille , comprobato somno & oraculo , die insequenti accedit ad concilium Quakerorum, cui dum interest, *ita sermonibus illorum afficitur, ut vix suus esset* : Itaque, ut huc remearet, suus exinde animus assidue stimulat. Verum, ubi antequam id ageret, rem cum suis communicat amicis, illi plurimis verbis deterrent, quorum dictis cum esset audiens, at, cum ab alia parte, nunquam ex animo decederet illius nocturnæ rei imago, atque illa non commentitia fictaque, at facta vox eum continue agitarer, ille ex multa magnaue contentione mentis, nesciæ, quo se verteret, incidit in morbum gravem ac lethalem, e quo restitutus, non solum se totum ab iis hominibus abalienavit, at etiam illud, quod sibi venerat ab iis hominibus, interpretabatur, ut in cantamentum, & diabolum inter eos homines dicebat operari. Hujus rei, addit Cræsus, testem habeo virum venerandum, ea memoria, in illo ipso tractu, ac nunc etiamnum in nostra patria verbi divini ministrum fidelissimum, cui juvenis ille hæc sæpe solebat narrare. Cræsus in *Mataologia Mennon* pag. 13. ap. Dn. Feustkingium in *Gynæceo* p. 492. narrat pariter, Daß die Gräffin alles durch gewisse Mittels-Personen und listige Künste bey den Studenten ausgeübet habe / nur damit sie seine unschuldige Seele in das gefährliche Quäcker-Netz ziehen / und durch ihn seine ganze vornehme Familie in Engelland zum Quäckerthum bringen möchte / welches ihr aber mißlinget / so listig sie auch den listigen Handel angefangen. Porro magna est jactantia ipsorummet Quakerorum de sympathia ecstasium, qua fit, ut peregrini etiam & à Quakerorum religione dissentientes Tremore illo occupentur. Ita enim Barclajus Theol. Thes. XI. §. 8. p. 231. Nomen Quakerorum, id est, Tremulorum nobis ironice impositum est, quod licet nobis ipsis non eligamus, non tamen nos pudet hoc respectu, sed potius gaudemus, quod hujus virtutis sensibiles facti sumus, *que sæpè adversarios nostros apprehendit, & nobis cedere, seque nobiscum ac veritatem confiteri coëgit, antequam distinctam aliquam aut discursivam doctrinarum nostrarum scientiam habebant, ita ut aliquando plurimi una congregatione hoc modo convicti fuerint, & virtus hac aliquando afflaret, & mirifice operaretur etiam in puerulis ad multorum admirationem.* Alium locum illustrem Barclaji adducit porro Dn. Schelguigius in *Quakerismo confut.* artic. I. de princ. cognoscendi p. 55. conf.

& infra sect. II. §. 3. Eadem propemodum de *Murovia Guionia* refert *Jacobus Benignus Bossuetus* in libro cui titulus : relation sur le Quietisme sect. II. Scilicet p. 179. gloriata est quoque illa, se tanta gratiæ celesti copia affluere, ut habeat etiam, quod aliis impertiat : imo ad experientiam provocavit, qua constet, multis, quod sibi presentes fuerint, novam gratiæ accessionem obtigisse.

§. II. Quod si veneficia specialius paulo consideremus, ad philtrea nobis deveniendum est, quorum alia fuerunt externa, alia interna. Inter philtrea veterum Hæreticorum externa referimus amuleta, præsertim *Basilidianorum*, *Carpocratianorum*, *Ophitarum*, *Macrocoriorum* aliorumque *Gnosticorum*, quæ describunt *Job*, *Macarius* Canonicus Arienſis in disquisit. posthuma de gemmis *Basilidianis*, quæ inscribitur *Abraxas*, seu *Apistopistus* a) *Athanasius Kircherus* in *Oedipo* T. II. P. II. class. II. c. 6. *Job*. *Chiffletius* Canonicus Tornacensis, qui & prædictam *Macarii* disquisitionem publici juris fecit, & aliam ipse adjunxit, quæ inscribitur *Abraxas Proteus*, seu gemmæ *Basilidianæ* multiformis portentosa varietas, *Godofredus Vendelinus* in Epistola ad *Chiffletium*, *Claudius du Moulinet* in tractatu, qui inscribitur : le cabinet de la bibliotheque de S. Genevieve, *Jac. Gronovius* in *Gorlai* Dactylothea auctius edita, *Dominus du Cange* in Glossario suo Latino, *Leonardus Augustinus* b) aliique. Neque porro ignota fuere iisdem hæreticis antiquis philtrea interna, tum quod nomen philtrorum arte magica curiose elaboratorum in genere tribuitur *Carpocratianis* & *Basilidianis*, teste *Eusebio* Lib. IV. c. 7. H. E. tum quod in specie dicuntur *Cataphryges* seu *Montanista* & *Cajani* philtrea ex sanguine infantis anniculi confecisse c) vel ut *Gnostici* ex semine & sanguine menstruo. d) Equidem antiquiores *Epiphanius* Patres, qui *Gnosticorum* deliria refutarunt, nullam mentionem injecerunt, neque illi, qui in *Apolo-*
giis

a) Ita legatur apud Dn. Ittigium in Dissert. de Heres Apostol. p. 101. Rectius Aristopistus: Quemadmodum legit Phil. Labbeus in Mantissa antiquaria supellestilis.

b) Vide ipsius librum Italicum cui titulus : Le Gemme Antiche figurate. Roma 1657. in 4.

c) Conf. Augustinum heres 26. sq. Epiphanium heres 49. Zonaram & Balsamonem in Notis ad Canonem Conc. G. Politarum.

d) Conf. Epiphanium heres 26.

gils suis calumniam *Tbyestearum epularum* ab infidelibus objectam a Christianis repulerunt, in Gnosticos illius criminis culpam coniecisseprehenduntur, Atque hinc *Heraldus* in *Notis ad Minutium Felicem* p. 76. *Epiphaniisidem* hic sollicitat: At cum *Epiphanius* & Gnostico- rum libros legerit, & ipse in juvenili ætate à *Gnosticorum mulieribus in criminis societatem invitatus*, sectæ illius mores & instituta probe exploraverit, ut ipse profitetur, dubitari vix potest, quin saltem *Epipha- nii* ætate talia à Gnosticis perpetrata fuerint. Conf. *Dn. Ittigium* p. 179. Mirum porro cuiuspiam videbitur, quod de *Fratricellis*, ætatis *Herman- ni Pongilupi* affirmatur. e) Cremaffe scil. dicuntur unum ex infanti- bus in nocturnis conventiculis procreatum, & postea cineribus in ca- dum coniectus & vino super infuso novitios consecrassse. *Spanhemius* in *Hist. Eccles. sec. XIV. §. 10. n. 444.* asserit, hæc facinora a Pontificiis conficta esse, quia hi Pontificem pro Anti-Christo habuerunt: at u- trumque esse potuit ita quidem, ut Papæ contradicerent, & male vive- rent, præsertim cum horrendos foverint errores alios, quos recen- sent *Dn. Ittigius* de *Hæresiarch. C. III. p. 118.* *Colbergius* im *Herme- tisch Platonisch Christenthum* P. I. C. I. p. 74. *Dn. Feustkingius* in *Gy- næceo Hæretico Fanatico* p. 436. Cæterum plura forte nobis innotu- issent de *raediis* veterum Hæreticorum *Ecstasin excitandi*, si *Libri VII. Tertulliani* de *Ecstasi* (aliquid humani passus est *Dn. Schelguigius* quando in *Qvak. confut. Prolegomenis* p. 4. docet libros VI. de *Ec- stasi* scripsisse *Tertullianum*) in quibus *Montanum* defendit, non inte- rissent. Felices itidem essemus, si *Miltiadis Rhetoris Christiani*, qui claruit A. circiter CLXXX. liber *adversus Montani hæresin* περί τῆς μὴ δαὶν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, non decere prophetam in ecstasi loqui, asservatus fuisset, vel si saltem compendium illius scripti, quod *Anonymus* ille contra *Cataphrygas* scriptor apud *Eusebium* lib. V. c. 17. consignavit, superesset. Nam cum & philtis Magicis operam dede- rint *Montanistæ*, ut paulo ante observavimus, & ecstatis semper mo- tibus correptis extraque se plane positos similes, vaticinati fuerint, ex *Historia Montanistarum* non exigua lux huic difficili materiæ affundi posset.

§. III. *Quakeri* quoque philtis summam operam dederunt, live in-
terna

e) *Evolvantur* *Bzovius* in *Annal. ad annum 1303.* *Spondanus* in *Con- tinuat. Barony ad A. C. 1297. sect. 8. seq.*

terna species sive externa. Et priusquam hæc recenseamus, observamus I. Quod *Anabaptistæ* antiqui, homines alias stupidos, scripturæ peritissimos reddiderint, postquam *scibum potumque* adhibuissent plane ignotum & mirabilem, quemadmodum refert ex *Cornelio Jansenio* c. 123. Concord. Evangelicæ p. 842. & *Corn. a Lapide* in Genes. II. p. 139. *Samuel Morgenbesser* in der Prüfung des Holländischen Quäcker Pulvers. Intelligit fortè eisdem Anabaptistas *Prateolus Elencho Hæreticorum* apud Dn. *Schelguigium* in *Quakerismo confutato Art. I. de principio cognoscendi* p. 91. Tanquam verè Fanatici, inquit, suo afflati Spiritu, *faciem mutabant, gestus habebant horribiles, ac more comitiali morbo laborantiam, in terram prolapsi diu jacebant tanquam mortui*: unde & corpore horribiliter tremiscebant. In Ecstasi rapti, mira effutiebant *somnia*: sese *Zyvinglium* apud inferos vidisse &c. Patrem hæc, aut illa infanda jussisse, Patrem dixisse, diem Domini instare, cujus tempus certum designabant. Unde tanquam furiosi cursitabant, clamantes dies Domini &c. 2. Quod *Quakeros* hic citando, non intelligamus *Labbadistas*, qui judice *Cræso* Lib. III. p. 516. vel ex colloquiis crebris cum *Quakeris* in Frisia habitis, vel ex contumelia adversantium male vocantur *Quakeri*, sed *Quakeros* illos *Anglos, seu Tremulos*. 3. Quod sensu proprio vocem *Quäckerpulver* accipiamus, non *hyperbolico*, quemadmodum fecit Dn. *Feustkingius* in *Gynæceo* suo p. 665. ubi de *Dorothea Waugia* hæc habet verba: Sie hatte ihre Füße kaum ans Land gesetzt / so fing sie an ihr mitgebrachtes Quäcker Pulver andern bey zubringen. Nam qui *Cræsum* non legit eandem historiam de *Dorothea Waugia* recensentem, is putaret, *philtrum* fuisse *Quakeristicum*, quod secum adduxisse dicitur. 4. Quod ideo *pulvis* ille *Britannicus* sive *Batavus* dicatur, quia *Enthusiasmus* est veluti regionum illarum *patrius & endemius morbus*.

§ IV. Primus inter *Nostrates*, quod nos scimus commemoravit hoc *philtrum Quakeristicum* B. *Lassenius*, quem sequuntur reliqui. Nempe B. Vir in der *Schriftmäßigen Erörterung der neuen Sect der Quäcker* C. I. p. 7. postquam monuisset, *Pontificios* in *Anglia* multum contulisse ad propagationem *Quakerismi*, addit: Ich habe mir berichten lassen / daß einsmahl ein Englischer Kauffmann gen *Rom* gekommen / und von einem *Geistlichen* selbiger Nation besu-

besuchet worden; Der unter andern Discursen vom Zustande seines Vaterlandes gesagt/ er wolle seine Landes-Leute in kurzen besuchen und Quäcker machen. Als der Kauffmann fragte/ was er dadurch verstehe/ nimmt er ein Pulver/streuet etwas davon in den Wein/und giebt's dem Kauffmann zu trincken/davon dieser so fort anhebet zu zittern und zu beben/niederfällt/und mit dem Munde gräßlich schäumt. Was geschieht/nach einigen Jahren beginnet sich die Quäckeren zu rühren / da besagter religiöse, wo mir recht ist, in Habit eines Fleischhackers sich bey ermeldeten Kauffmann anlegt / und offenbahret als ein Apostel der Quäcker. Dieses hat der Kauffmann der Obrigkeit zwar hinterbracht, aber der Vogel war schon entfliegen und nicht mehr zu erhaschen. Idem Cap. V. aliam recenset historiam ex Historia Fanaticorum von den alten Anabaptisten und neuen Quäkern: Ein Quäcker beredete elne Magd zu seiner Liebe / und da er mit ihr tranck/warff er etwas aus einem Papier in den Tranck / und that hinzu: Hinführo solte die Magd ihm wohl folgen. Die Magd fand in ihr grosse Begierde zur Quäcker-Versammlung/ bekam seltsahme Entzückungen/u. ward ganz unsinnig/ davon sie endlich durchs Gebet ihrer Freunde befreyet worden. Fox einer von den vornehmsten dieser Sect, striche einem Francken Weibe mit der Hand über die Stirn. Die so fort anfang zu zittern und zu beben. a) Ein gar fürwitziger Physicus, der sonst ein Papist/ und übers Meer gekommen war / handelte mit den Quäkern / daß sie ihm auff 24. Stunden zum Quäcker machen solten / so auch erfolget. Eadem repetunt B. Colbergius P. I. des Platonisch Hermetisch Christenthums Cap. VII. p. 292. B. Pfeifferus in Anti-B Chili-

a) Croesus Lib. I. p. 39. hanc rem commemorat, nihil autem addit de tremore excitato, sed tantum de recuperata per contactum valetudine meliori loquitur. Caterum, teste Dn. Gerdesio Theo l Wismariensi in Disp. inaugurali sub Rangone de Enthusiasmo c. IV. Aphor. II. mania atque Melancholia, accedente in primis a vis quadam corporumque melancholica constitutione, solo tactu incit.

Chiliasmo c. II. §. 31. p. 76. Dn. *Schelguigius* in Quakerismo confut. artic. I de principio cognoscendi p. 182. Dn. *Feustkingius* in Gynæceo Hæretico Fanatico p. 586. In *historia Pietistica* etiam luculenta exempla hujus *philteri* conspici licet. *Anna Margareta Janin*, quæ Hamburgi Medico nupsit a) *Halberstadii* Enthusiasmos habuit, istiusmodi *philtero*, ut fama fert, *corrupta*. Ita enim autor der ausführlichen Beschreibung des Pietistischen Unfugs Cap. II. X. p. 124. Indem die *Janin* zeitwährend der Inquisition gefangen sihet/ kommt ungefehr ein ehrlicher Mann von *Ovedlinburg* nach *Halberstadt* den 16. Mart. 1693. zu ihrer Mutter / und unter andern fraget er/ wie es ihrer Tochter gehe / welche ihm denn mit folgenden Worten geantwortet: An meiner Tochter Unglück ist niemand schuld / als der besandte Superintend. Barthol. Meyer, M. Achilles, M. Fridel und Semler, die mein Kind zu allen diesen Unglück verleitet. Es wäre auch so weit in dieser Sache mit ihr nicht kommen / wo nicht die Schlüttin drey mahl nacheinander in mein Haus geschicket / und sie gleichsam mit Gewalt zu sich genöthiget / da denn geschehen / was wegen des Brieffes an Würktern und der Action mit dem Juden Weibe am Tage ist. Gott mag es wissen / was sie mit meinem Kinde vorgenommen / und sollen mir diese Leute noch Rede und Antwort davon geben. Ich wußte nichts von der Sache / biß meine Tochter durch 2. Häfcher mir wieder ins Haus gebracht / und darnach bewahret worden / biß es gar dahin kommen / biß es gar dahin kommen / daß sie nun im Nacht aufe gefänglich sihet. Wie mich als Mutter dieses kräncket / ist nicht zu beschreiben. Man will mir vor gewiß sagen / daß nicht allein meiner Tochter / sondern auch vielen andern das sogenannte Holländische Quäcker-Pulver sey eingegeben worden. Gott wird Rächer dieses Unglücks seyn! b) Conf. *Samuelis* Morgenbessern / Soravi Lusatj, Bräu

a) *Idem Medicus ex Italico vertit Petruccii Epistolas, Halan non ita pridem ab Arnolde editas.*

b) *Plura de Jania habent Fried. Ulric. Calixtus in discretionem Spiritus, qui ex DEO est, a Spiritu Fanatico Dn. Schelgvigius in der Sectirischen Pietist. P. II p. 230. Dn. Joh. Conr. Schneiderus in Pantheo Anabaptist. pag. 510.*

Prüfung des Holländischen Quäcker-Pulvers angestellt nach der
 Ermahnung des H. Apostels Pauli 1. Thes. V. 21. und gedruckt im
 Jahr 1697. quem libellum nobis benevole communicavit Magnifi-
 cus Dn. D. Fechtius, Patronus atque Promotor noster post Deum O-
 ptimus. Sic porro *Quedlinburgi Magdalena Schulzia* alias *Elrichin*
 a) itidem Philtrum procul dubio accepit à *Joh. Henr. Sprögelio*, Dia-
 cono Quedlinburgi, ut Fanatica fieret. Publicè enim confessa est
 (1) Sie habe in Hr. Sprögels Hause / wenn sie gleich nicht
 krank gewesen / etwas einnehmen müssen / davon sie her-
 nach so krank geworden / daß sie in Entzückung gefallen /
 (2) Sie wolle ihr Lebtag über Sprögels Haus klagen /
 welches der Magdalenen ihre Mutter Maria / und ihre Schwester An-
 na Maria / nebst den Eangelen: Boten Jona Becker / gehöret / und im
 Stiffts-Consistorio zu Quedlinburg den 29. Octobr. Anno 1700.
 Endlich ausgesaget haben.

§. V. Nullum est dubium, quin plura afferri queant exempla
 ex monumentis tum antiquis, tum recentioribus, si ad manus esset Hi-
 storia antiquorum novorumque *Enthusiastarum*, in qua *Martinus Schoo-*
rius defudavit, & quam tanquam editam citat *Wittius* in *Diario Biogra-*
phico ad annum 1666. Interim hæc allata exempla sufficienter pro-
 bant, quod probare debent.

SECTIO II.

Sistit judicium Historicum.

§. I.

Cum forte prior Sectio in dubium à quibusdam adducatur operæ
 pretium erit *judicium* aliquod *Historicum* suppeditare. Quod i-
 gitur ad *Philtra Gnosticorum* attinet. nullum hætenus reperii, qui ea-
 dem negavit. Interim nonnulla difficultas superest, de *Philtra-*
rum qualitate, utrum solum *Erotomaniam* & *Nymphomaniam* con-
 citarint, an vero etiam *Enthusiasmum*. *Epiphanes* A. 120. post Chri-
 stum, *Gnosticae Sectæ* *αυγίως* dictæ conditor, *magicis artibus, phil-*

B 2

tris

a) *Elrichin vocatur à Patre Joh. Elrico: Schulzia à Matre Magdale-*
na Schulzia,

eris & veneficiis hæresin paternam (Carpocratianam) propagavit, uxores omnibus perfectionis Christianæ æmulis communes esse debere, contendit, & impuditiæ ac libidinis promiscuæ ulum cunctis summum pietatis apicem sectantibus non solum licitum sed necessarium esse docuit. Scripsit librum de justitia, quo mulieres omnes singulis viris communes esse debere probandum in se suscepit. Plurima ejus fragmenta profert Clem. Alexandr. Strom. I. 3. p. 248. *Valentinus quoque docuit, teste Caveo in Hist. liter. p. 32. flagitissimas libidines licite perpetrari posse, quin & nullum summum perfectionis gradum assequi, qui mulierem ad amorem sui aliquando non pellexerit.* Dn. Calvörus, Superintendens Cellerfeldensis in Fissuris Sionis p. 87. Gnosticorum Philtra commemorans priori sententiæ accedit, ita loquendo: *Ut libidines exercerent, philtra magica propinabant, quibus fœmina accense animo & corpore se illis reddiderunt obnoxias.* Nos priori accedimus, malumque Philtra Gnosticorum & Erotica & Entusiastica dicere, cum certum sit apud homines sæpe pro varietate temperamentorum, vel solum raptum Fanaticum vel præter raptum Fanaticum (qui finis est primarius istiusmodi philtrorum & semper intenditur) amorem, quoque, qui finis accidentarius sæpe solum est, nec semper intenditur) simul comparari per istiusmodi philtra. Quod ut eo melius constet, illustrationis causa adjicimus exempla muliercularum, quæ ex raptu amatorio in Fanaticum sunt prolapse, imo, quarum plurimæ desierunt vaticinari, simul ac nuptias fecerunt, sive objectum amoris hætenus desideratum obtinuerunt. Sic Christina Poniatovia vaticinari desit, postquam matrimonium iniecit cum illo, quem antea coelestem amicum vocabat. Jania potius Nymphomania, quam Entusiasmo nota est, judice autore des Unfugs, qui hæc scribit: *Als sie einst nach Quedlinb. zu der begeisterte Magdalenen reifete / entblösete sie sich dermaßen / daß sich alle Anwesende darüber entsagte.* Desit eadem vaticinari, dum Medico Hamburgensi nupsit. Magdalena Schulzin fanatica notissimum fuit prostibulum. Ita enim de illa Dn. Feuskingius p. 587. *Es ließ diese Pythia einen Pietistischen Bruder dergestalt hinter ihre Arcana kommen / daß ihr der bisherig Quedlinburgische Prophezenungs-Stuhl auch zu enge werden wolte / das ist / die begeisterte Magdalena ward schwanger.* Pratoria Halber-

*Halberstadtensis Fanatica, teste Dn. Schelguigio P. II. Piet. secl. c. 13. §. 17. illi illos concubitus desideravit: Da sie denn/inquit Dn. Schelguigius, in der Einsamkeit alle ihre Kleidung/so gar auch das Hemdde/von sich legete/und den nackten Leib mit den Bett-Lacken bedeckte. Wie hierauff der Prediger Herr Maybringius eintrat/und sich ihres Zustandes erkundigte / fing sie fast wie zuvor an auszurufen: Mein Schatz/mein Licht/meine Krohne! Deswegen fragte der Priester: Ob sie ihren JESUM meyne? Worauff sie mit Nein antwortete. Er begehrte weiter zu wissen: Ob es denn auff ihren Mann ziele? Erhielte aber zum Bescheide; den gehet es viel weniger an. Raum war dieses gesagt / so blickte die Prätoriaßin den Prediger mit freundlichen Gesichte an/und bekandte/das sie J. H. I. also titulire als von welchem in ihrem Gesichte geoffenbahret worden; daß er ihr Bräutigam und Ehgemahl werden sollte. Welche Gedancken sie ihr daher vielleicht gemacht / weil Herr Maybrings Haus-Frau von ihm nach Berlin gezogen war. Wegen solches Unbringens fing er an / ihr einen Verweiß zu geben. Sie aber an statt sich zu entschuldigen/fassete ihn um den Hals / und zog ihn mit Gewalt auff's Bette/herkete und küßete ihn/mit Bitte/daß er ihr das Abendmahl reichen/und darauf sich zu ihr legen wolle. *Suor Julia Fanatica Neapolitana*, ob illicitam Venerem cum Monacho quodam *Don Vicario*, & Collegia Gnostica quædam instituta, ad perpetuos carceres est condemnata. *Magdalena Molleria Fanatica* inter *Anabaptistas*, publice nuda incessit, quemadmodum ex *Sculteto*, *Plarrio* & *Crajo* docet Dn. *Feustkingius* p. 489. Cæterum de hisce mulierculis Fanaticis accuratum est judicium Dn. *Stolterfothi* Medici *Gryphisvaldensis* in disp. inaugur. de *Idea errante in Ecstasi seu Euthusiasmo conspicua* Cap. II. Sect. I. practica. *Eadem*, inquit, *fata* (recensuerat autem *fata Poniatovia* supra commemoratæ) *acciderent nostris delicatioribus hodie puellis, quæ, nescio in quod jam sæpius cælum raptuntur, si amplexibus & osculis ejus, quem desiderant, bearentur: mecum quo pignore certas? si non cessabit literarum cum cælesti sponso commercium, aut familiare colloquium.**

§. II. Ex his aliisque exemplis constat, quam arctissima sit
sæpe connexio raptus Amatorii & Fanatici, malumus igitur *philtera*
Gnosticorum & Amatoria & Enthusiastica dicere, quamvis à potiori
 parte effectus, qui est *Ecstasis*, rectius forte *philtera Enthusiastica*
 quam *Amatoria* dicantur. Cæterum variis argumentis impellimur
 à sententia Dn. Calvorii, quod pace ipsius fiet, recedere. I. in Loco
Eusebii §. II. supra citato expresse traditur, Magica fuisse philtera, quæ
 cum *spiritibus paredris & oniropompis* commemorantur, luculento
 sane indicio, quod quemadmodum spiritus illi paredri & oniropom-
 pi homines ad varia deliria Enthusiastica fascinant movebantque,
 ita quoque philtera sint ejusdem efficaciz. Sententiam nostram por-
 ro probamus ex Irenæo, qui lib. I. adv. hæres. cap. IX. indicat, quomo-
 do famellæ à Marco Gnostico seductæ fuerint. Ita autem ille: Mar-
 cus mulierem (quam seducere volebat) alloquitur: libet tibi grati-
 am meam impertire, quandoquidem universorum pater angelum
 tuum perpetuo cernit ante faciem suam. Locus autem tuæ magni-
 tudinis in nobis situs est. Oportet nos unum effici: Accipe primum
 ex me & per me gratiam: adorna te ipsam, ut sponsa sponsum suum
 expectans; ut sis, quod ego, & ego vicissim, quod tu: *luminis se-*
men in thalamo tuo colloca: sponsum a me sume, & capax ipsius esto,
 atque in ipso facito, ut capiaris. En gratia in te descendit: aperi os
 tuum & vaticinare. Respondente autem muliere, nunquam vates
 fui, nec vaticinandi artem calleo: rursus *ille invocationes quasdam*
faciens, ut seductam illam in admirationem ac stuporem trahat, his
 eam verbis affatur: aperi os tuum, eloquere, quicquid libet, & pro-
 phetabis. His igitur verbis, illa stulte elata ac tumida atque ob va-
 ticinandi spem & expectationem, in qua versatur animo incallescens
 (τῆς καρδίας πλέον τῷ δέοντι & παλλύσσης) corde plus quam oportet
 at palpitante, audacia effertur, ac meras nugas & quicquid temere
 occurrerit inaniter & impudenter, utpote inani spiritu concalefacta,
 (quemadmodum quidam nobis præstantior de hujusmodi mulieri-
 bus ait: audax & impudens res est animo, inani aëre concalefacta) ac
 deinceps prophetissam sese arbitratur. Quem intelligat Irenæus per
 κρείττονα ἡμῶν, quem & alias πρεσβύτερον vocat, non inquirimus,
 cum alii Papiam intelligant, alii Potbini Episcopum & Martyrem
 ipsius

ipſius Irenæi in ſede Lugdunenſi de ceſſorem, in primis ſec. *Dodwellum* diſſert. in Irenæum p. 293. hoc interim certum eſt, *Jambos*, qui habentur ap. *Ireneum* eundem lib. I. c. XI. & exinde ap. *Epiphan.* hæreſ. 34. quique à *πρεσβυτη* compoſiti ſunt, præſtigias atque magicas incantationes *Marcullius τερατοσκόπος* ſatis ſuperque indicare. II. *Philtra* hæc fuere maximam partem *Hieratica & Teleſtica*, adeoque ad amorem enthuſiaſticum excitandum perapta, quemadmodum facile conſtabit præſertim illi, qui rem *Hieraticam* atque *Teleſticam* apud gentiles & hæreticos mutuo comparaverit. a)

§. III. Quod autem ad *philtra Quakerorum* attinet, regerere, quis poterit, *rara* hæc admodum eſſe, in primis cum tremor ille Quakeriſticus non cuiſvis obtingat, adeoque nullam fidem relationi adhibendam. *Georgius Foxus* in Epistoſa ad Legatos Europæ Noviomagi congregatos An. 1677. d. 20. Octobris ſcripta, denominationem Quakerorum non amplius à concuſſione corporis, ſed à monito Apoſtoli Phil. II. 2. ut cum tremore operemur, deducit. Conf. *Cræſum* lib. I. p. 46. Reſpondemus licet *rara* ſint hodie iſtiusmodi *philtra*, tamen re ipſa ideo non ſtatim eſſe neganda. *Georgius Foxus*, ut & primi ejus ſectatores à principio atque etiam deinde diu ita locuti ſunt, quoties aliquam ſingularem animi motionem atque vim, ac impetum ad bonum, è diuturna præmeditatione & re quadam noviter oblata perſentirent, factam ad ſe eſſe *vocem aut orationem è cælo à DEO ac Spiritu*: & ſic perpetuo in ſuis concionibus, ubi inciperent ſari ad populum, ordiebantur; an vero poſtmodo ab hujusmodi altifonis vocibus abſtinuerunt & hodieque abſtinent omnes atque id, quod ita ſupervenit, nominant duntaxat *ſui animi affectionem atque impulſum*, teſte *Cræſo* Lib. I. p. 24. Qvis autem inde, quod *rara* ſit hodie apud Quakeros gloriatio de *vocatione divina*, negaverit, eosdem ita olim gloriatos eſſe. Deinde *non rarus eſt Enthuſiaſmus* ille, ſive
tremor,

a) Conf. *Jamblichi librum de Myſteriis*, cum notis Thomæ Galei, & que *Pignorius Hervvartusque* in ſcriptis ſuis conſignarunt. Plura ſine omni dubio dabit Dn. Val. Lœſcherus in libris tribus de arcanis rei Hieratica & Teleſtica, non ita pridem promiſſis.

tremor, sed maxime frequens inter ipsos Quakeros, quia Sympathe-
ticus est, & uno tremente sepe mox & alter tremiscit, conf. *Histoire du*
Quakerisme edit. 1691. Colon. p. 29. Caterum, in, quia tempora certa
habeat stigmata nova, characteres similes moribus hominum intime im-
primentes, ἀντιπαθέειαν in Oeconomiam corporum inferentes, ratio-
ne Ecstaseos seu Enthusiasmi unum tempus præ alio, aliquid magni
contribuat ad *Paroxysationem*? sub controversia utiq; venire possit. Si
porro minus certa Lassenii fides videatur cuiuspiam, dum *Franciscanos*
philtrorum horum primos autores facit, meminerit, veneficia inter
Clericos in Papatu frequentissima esse, & inter hæc quoque philtra.
Sic enim egregie observat *Job. Christianus Frommannus* Medicus *Co-*
burgensis, de Fascinatione Lib. III. Cap. XII. p. 821. quod *Jesuitæ* in lo-
co etiam confessionis artem philtra conficiendi tradant. Denique
ne ipse quidem *Cræsus* Lib. I. p. 147. negare potest, famam per totam
fuisse Angliam, de Franciscanis illis præstigiatoribus atque veneficis,
ita ut ubique acerrime inquisitio institueretur. Neque porro falsa
omnino fuit suspicio de *Franciscanis*, cum, uti Enthusiasmus originem
suam debet Pontificiis, jam ante reformationem, ita & philtra illa
Enthusiastica à Pontificiis promanasse ad Quakeros, non amplius sit
dubitandum. Catalogum Enthusiastarum celebrium, *Tauleri* (in
hoc, ut & aliis Theologis Mysticis lumen Quakeristicum internum
fuisse, gloriatur interpres libri *William Schevvens* sub titulo: eines
wahren Christen Glauben und Erfahrungheit in præfat.) & aliorum
recenset autor du *histoire du Calvinisme & celle de Papisme mises en*
parallele, ou Apologie pour les Reformateurs, pour la reformation
& pour les Reformez contre Mr. Maimburg P.I.c.6.

SECTIO III.

Sistit iudicium Medicum.

Difficile admodum est inquirere in naturam philtrorum Enthu-
siasticorum. Licet enim Summi Medici, *Horstius*, *Zollicoffe-*
rus, *Bokelius*, *Combacbius*, *Franckenau*, *Clauderus* atque *Henckelius*
de philtris integros tractatus perscripserint, tamen nulla apud eosdem
est

de philtis integros tractatus perscripserint, tamen *nulla* apud eosdem est *mentio philtorum Enthusiasticorum*. a) Autor, qui conscripsit Prüfung des Holländischen Quäcker Pulvers/ & quem sæpius jam commemoravimus, plus habet in fronte quam in recessu. Hinc difficile erit tentationem, in re hætenus nondum satis explorata, instituere & via minus trita incedere. Quicquid autem fuerit, conatus noster, etsi non ex omni parte *perfectus*, tamen non plane frustraneus erit, dum sequimur, quamvis minoribus passibus, Summos Viros, qui *amuleta* Veterum Hæreticorum itidem non sine *lapsibus variis* examinarunt. Sic Jac. Gronovius supra citatus observat multa hujusmodi monumenta à Chiffletio & aliis ad veteres hæreticos perperam referri, quæ est *facies solis radiata* cum reliquarum Planetarum notis, quam Chiffleti tabula 20. repræsentat, & quæ in Musæo Rom. ex Bellorii scriniis denuo producit. Hoc enim monumentum *ante Christianismum* vel *sub Christianismo* ab homine *gentili* aliquo, qui sole dominante vel natus est, vel aliquid feliciter gessit, fieri potuisse, nec, ut à nonnullis ad *Basilianos*, ab aliis ad *Priscillianos* referatur, opus esse, Gronovius observat b).

§. II. Quæritur autem: *Utrum homo queat se pro lubitu & voluntate, in veram atque graviolem Ecstasim conjicere?* c) Antequam ipsam quæstionem enodemus, hic observamus (1) Nos non loqui de *levi Ecstasi*, cum facillimo negotio, brevi temporis spatio, homo debilioris ingenii ita instrui possit, ut ecstasticus evadat, sed de *gravissima*, quæ Enthusiasmum adducit. Est autem *gravis Ecstasis*, in qua homo plane *quasi mortuus* apparet, omnibus externis sensibus destitutus. (2) Nos distinguere cum Thoma Aquinate d) inter *totalem abs omnibus sensibus abstractionem*, hancque homini naturalem, inque ejus libera potestate esse negamus, & inter aliquam à sensibus alienationem, *παρέσβα*

C

σiv

a) Imo quod mirum est Celeberr. Dn. Hoffmannus Medicus Hallensis judicium laturus de Schulzia per philtum istiusmodi corrupta, nescio qua ex causa, in pulverem illum Quakeristicum inquirere nobilit.

b) Conf. Dn. Ittigium in append. dissertat. de Hæres. Apostol.

c) Vide Dn. Gerdesii Superint. Wûmar. disp. inaugural. C. II. Sect. I.

§. 9.

d) Secunda IIde qu. 575. art. I. ad l.

erit & mentis excessum, ex vehementiori imaginatione ortam, atque hanc ipsi largimur. (3) Licet difficile sit *Medicam Ecstasin* à Theologica distingvere, hocce præprimis seculo, ubi novitatibus ad nauseam usque dediti plurimorum animi, interim tamen nos religioni ducere *Ecstasin vere Theologicam* h.e. Θεοπνευστικῆν SS. virorum cum *Medica* confundere. a)

§. III. Hisce observatis, docemus in *graviolem Ecstasin* neminem pro lubitu ac humanis mediis adhibitis prolabi posse, neq; *Ecstasin vere Theologicam* hodie dari, quæ gloriari queant Quakeri, aliique. Asserta nostra prolixiorē probationem non indigent, præsertim cum jam supra ostenderimus variis exemplis, artem magicam in excitandis Enthusiasticis adhibitam fuisse: Ut tamen res adhuc clarior evadat, unum porro adducemus argumentum ab *autoritate* petitum. *Hieronymus Cardanus*, qui magiæ admodum suspectus est, T. III. Opp. de rer. Var. L. 8. c. 43 p. 160. licet gloriatur a natura sibi concessum esse, ut pro lubitu in *Ecstasin* cadat, tamen mox addit: neque artem augendi eam novi, quam verisimile est illos b) longo usu, & multis jam seculis continuatam edoctos habere. Et forsā, quod etiam credo, tibi aliquid ad hoc conferunt. Ex quibus verbis iterum colligere licet, maximam esse vim artis magicæ in comparandis mediis ad Enthusiasticum promovendum. Sic & crediderimus certam hominum societatem in *Walia*, quæ communiter vocantur *Arveryd byon* h. e. mente ducti per cibos vel potus magicos se in *Ecstasin* conjicere. c) *Antonius P. Sancta Cruz*, Hispanus, Pontificius quidem & in ea religione, quæ multos alit Ecstáticos, ubi veritas non tantum odium, sed & inquisitionem parit, in Prælectionibus in Morb. Sac. Hippocratis ap. Dn. *Gerdesium* Cap. II. Sect. I. §. 9. aperte fatetur, istiusmodi ecstases non contingere naturaliter, sed fieri aut Deo aut Diabolo autore. Consentit cum illo *Thomas Eyenus* de viribus imagin. qv. II. concius XI. Plures Medicos & Philosophos, nobis ὁμοψήφως prolixè adducit Celeberrimus *Henckelius*

a) Conf. Dn. *Stolterfothum* Cap. I. §. 6.

b) Monachos inter Turcas, Derviseos dictos sive *Torlaccos* intelligit.

c) Refert hæc *Giraldus Cambrensis* in descriptione *Waliæ* Cap. XVI. ap. Dn. *Gerdesium*.

ekelius, ut Fernelium, Codroncium, Riverium, Lasilaum, Fabrum, Marefcotum, Ellanium, Albinum, Luffonum, Petrejum, Renardum, Herbardum, Lufinotum, Ambrosiam, Dulmarium, Alcesium. a)

§. IV. Cum igitur istiusmodi *Ecstases* sint *Diabolicae*, facile quilibet judicabit *media quoque esse diabolica*, quæ inter numeramus *philtrum illud Quakeristicum*, quod hominibus *Ecstases* illas *Diabolicas* acquirit. Certe, quemadmodum *Ecstases Pythoniassarum*, quæ à diabolo sunt, recte cum *Quakerorum Ecstasibus* atque *tremoribus comparantur*, quia eandem originem cum *Pythoniassarum* habent ex iudicio *Job. Filefaci de Idololatria Magica* §. 7. p. 40. *Edmundi Dickinsoni in Delphis Phœnizantibus* Cap. III. & *authoris dissertationis de bodierno statu Ecclesie in Anglia, Walia, Scotia, & Hibernia* p. II. b) *Philippi Marnixii in tractatu Belgico*, cui titulus: *Onderfœckinge, en gronde-lycke Wedderlegginge der Geestdryvische Leere*, Gravenhage 1597. ita & *philtrum illud*, quo *tremor ille diabolicus* excitatur, arte magica confectum esse firmiter credimus, cum non ignotum sit nobis ex ipsa *Cardani confessione* §. III. adducta, quod per cibos augeri queant *Ecstases*, quodve tritum plane sit illud *Ecstaticorum* inter *Platonicos*: *Jejunavi, potum confectum bibi, de cista accepi, factus sum Mysticus. c)* Accedit & hoc, quod quanquam *venefici media* vel *res naturales*, utpote sunt, *pulveres cibo potuive inspersi*, vel *affricati nudo corpori* vel *in vestes diffusi*, adhibeant, tamen *nisi magica quoque auxilia cantusque & imprecationes diæ accedant*, nihil nunquam aggredi tentent.

§. V. Quænam autem sit *materia pulveris Quakeristici*, difficile est dicere, cum apud neminem, qui mentionem facit hujus *philtrum*, *descriptionem* invenire possimus. Saltem juvat adjicere verba sequentia *Celeberrimi Lipsiensium Medici Michaelis* in dissertat. de morbis *veneficis*, quam benevole communicavit *Magnif. Dn. Detbardingius*. Ut sua inquit *pharmaca & pulveres (lamia) queant exactius cognoscere*, neque quid pro quo, quod dicitur, accipiendo de-

C 2

cipian-

a) adde *Magnifici Dn. Schaperi Medicina curiosa specimen IV. Questionum Quest. II. §. 15.*

b) Verba autorum occurrunt ap. *Dn. Colbergium* in *Hermetisch Platonischen Christenthum* loco supra citato.

c) Conf. *Celeberrimi Galei notas ad Jamblichum de Mysteriis.*

cipiantur, coloribus eos discernunt, & atro tinctos habent, qui lethiferi sunt, rufos aut cineritios, quibus inferre morbos intendunt, & denique albos, qui eos tollendi vim habent. Ex his constat, quod pulvis ille sit fortè rufus, utpote gravissimam Ecstasin excitans. Cæterum non statim ideo, quia vulgo ignoratur vera pulveris Quakeristici descriptio, etiam res ipsa in dubium vocanda erit. Nam ex effectibus Philtri illius quancquam paulo difficilius in Enthusiasmum illum inquirere possumus, imprimis per γυναικισματα, quæ Medici habent ad explorandos morbos ab incantatione & veneficiis oriundos. Sic v. gr. Conjecturam suppeditat probabilem morbi ipsa natura. Nam inter veneficos morbos frequentiores, & qui occurrunt, ut plurimum sunt melancholia, epilepsia, inappetentia, stomachi, dorsi, capitis, lumborumque dolores, iique inconstantes & vario nulloque ordine incertoque temporis spatio insultantes. Potest etiam id conjici ex pertinacia morbi, sique urgeat citra causam manifestam, nec possit, adhibitis contrariis tolli remediis, tum subita suspitione colligendum maxime est, præter causam naturalem aliquam subesse, quæ morbo continuatis subministret fomentum. a) Mutuo jam quis comparet hæc Gnorismata Medicorum in morbis ex veneficiis oriundis, & Gnorismata morbi in illis, qui medio atque ope pulveris Quakeristici in morbum Euthusiasticum sunt prolapsi. Nos in presenti & brevitate & ἀκριβοῦς studiosissimi, Historiam Magdalena Schulzia philtro istiusmodi fanatico infectæ paulo accuratius considerabimus ex FridERICI Hofmanni Medici Hallensis dissertatione Epistolari de affectu Cataleptico rarissimo ad Dn. Georgium Wolfgangum Wedelium Jenensem Francofurti 1642. edita.

§. V. Melancholiam supra recensuimus inter morbos veneficos, conjunctam cum inappetentia: atqui & in Magdalena Schulzia utrumque perspicimus. De Melancholia ita Hoffmannus p. 5. de peccatorum abominanda & detestanda coram DEO justissimo indole, summo mentis angore afficiebatur, inque dies & horas meditationibus istis anxiiis sacris macerata mœstissimo semper incedebat vultu. De inappetentia observat, quod per quatuordecim ferme dies omni fere cibo ac potu abstinerit: Quotiescunque enim exorata aliquid accipiebat, summa præ-

a) Verba sunt Dn. Michaelis in dissertat. citata §. 63.



præcordiorum anxietate cum metu suffocationis conjuncta, ipsa infestabatur. Addidimus supra, quod *dolores sint inconstantes*: atqui hæc fanatica mulier ex relatione *Hoffmanni* plus centum vicibus intra 40. dierum spatium habuit *paroxysmum*, interdum *mitiorem & brevior*em, interdum *longiorem & gravior*em. Annotavimus porro *pertinaciam morbi citra manifestam causam*, quam & hic deprehendimus. Nempe huic affectui quæsitum fuit remedium, verum omnia in cassum tentata fuerunt alias generosissima, nec sanguinis alterationes, detractiones, topica, aliaque excitantia quicquam profuere, *donec ipse affectus sensim atque sensim mitior factus tandem exspiraverit*. Hinc vires post paroxysmum ita sæpissime constabant, ut consveta sua munia subire potuerit: totum corpus calore atque colore naturali erat perfusum, excreta omnia bene se habebant, nec menses officii sui obliviscebantur. Hanc mutuam comparisonem si bene observasset *Dn. Hoffmannus*, crediderimus illum accuratius judicaturum fuisse, non ad scribendo effectui supernaturali divino hos paroxysmos eorumque varietatem. Et licet aliqua differentia supersit in collatione, quam non negamus, tamen hæc differentia certitudinem collationis atque assertorum nostrorum non tollit. Meminerit enim Lector iudice *B. Michaele a)* *Diagnostica* in morbis veneficiis esse *certa licet difficillima*, cum Diabolus naturalibus causis sese sæpius immisceat, iisque adeo utatur, *ut non facite sit discernere quid causis naturalibus, quid ab ipso demone profectum sit*. Exempli causa *Epilepsia* facta à Dæmone, non habet manifeste aliquid diversum ab ea, quæ absque Dæmonis insultu ortum alioquin habet, vix licet reperiri indicia, quæ Dæmonis concursus exactius indicant, nisi quod *vehementior & horribilior hic sit paroxysmus*. Breviter: ipsi motus inordinati & inconstantes restantur *morbum esse veneficum*, licet non ubique rationes exactè reddi queant.

§. VI. Ad remedia contra morbos veneficos nunc pergimus atque hic b) non addimus nostrum calculo eorum, qui *medicamentis Antimelan-*

C 3

melan-

a) in dissertat. citata §. 61.

b) Verba sunt Magnifici *Dn. Schaperi l. c. §. 12.* qui simul *Leonhardum Vairum Beneventanum* in libro de *Fascino Venetiis edito remedia naturalia prescribentem, recte refellit.*

melancholicis rem perfici posse sibi persvadent, licet observatum ve-
lint, malum cacodæmonem, si ipsi à Deo concessum fuerit, præ aliis
ut plurimum eligere *melancholicos*, sive *sanguine crasso & acido au-*
stero præditos. Sed si observationes probe inspiciamus, apparebit,
nisi plures, ad minimum tot observari *sanguineos obsessos* (dicam &
ecstaticos) ac *Melancholicos*. Ut hinc nec illud procedat, quando pu-
tant: Si itaque *temperamentum illud Melancholicum mutetur in san-*
guinem, per medicamenta præscripta *melancholica*, necesse est, ut
malum cedat, dum ipsi *Diabolo materia adempta esset*, qua maxime
delectetur, & per quam potissimum agere possit. At vero si hoc cer-
tum, uti verissimum est, & observationes probant, quod & Dia-
bolus & in reliqua sic dicta temperamenta agat, sive sit pituitosum
sive sanguineum sive cholericum perinde ipsi erit, *an propinentur ta-*
lia medicamenta, *an vero omittantur*, cum in aliquod aliud tempe-
ramentum sanguinem mutare debeant. Hinc & pariter observatur
apud sæpius nominatum *Henckelium*, quod omnia medicamenta
Diabolo sint ludibrio, & semper fere post eadem exhibita, exagita-
tiones ipse reddat crudeliores. Ut ita parum præstare hæc medica-
mina videantur, nisi tantum eum in finem propinentur, ut *agrum*
resciant, & *debilitatum ipsius corpus aliquo modo refocillent*. Non
tamen ideo putandum, temperamentum tale plane relinquendum
esse: præstat potius, si possit, ut medicamentis destruat & si *leva-*
men agro ad minimum ab altera parte adferatur. De cætero nihil
prodest, quam *invocatio Divini numinis*, qua Fanatica quædam teste
Lassenio supra commemorato Sect. I. §. 4. fuit *liberata & sanata*.

§. VII. Atque hæc sufficiant, quia nihil amplius superest, quam ut
B. Lectori hoc nostrum quaecunque judicium subjiciamus, petentes
insuper, ut B. Lector hanc crisin nostram medicam recte interpretari
velit. Nempe philtia istiusmodi magica equidem propugnamus, non
tamen *ut necessitatis absolutam coactionem statuamus*, sed ut *natura ho-*
minis, ejusdemque *inclinationi & vehementi persuasioni* multum quo-
que adscribamus, non plane omittentes illecebras ex præsentia, vi-
su & conversatione prognatas. Certe nolendo plerique omnes vo-
lunt, & vellent quidem abstinere, sed nolunt carere voluptate ex
Enthusiasmis illis orta. Et, quod majorem inducit admirationem,
quan-

quanquam cruciamenta Ecstaseos sæva atque intolerabilia sint, eis tamen Fanaticus liberari non desiderat, illosque, pro acerrimis habet inimicis, qui ut fugiat Enthufiasmum, salutare confilium suffiunt, adeoque nescit reculare hoc venenum. Neque ulla corporis servitus subest, quæ voluntatem liberam non habeat nisi solus amor (etiam Enthufiasmi) indissolubili modo voluntates nostras alligans atque devinciens. Preter: *dum Homines affectant Enthufiasmos, Diabolus callide homines rapit ad Enthufiasmum vel Ecstasin mediis illegitimis, quæ inter philtres sunt Enthufiastica*, uti supra sect. I. ostendimus.

SECTIO IV.

Sistit iudicium Theologicum.

§. I.

Postquam ex monumentis antiquis & recentioribus ostendimus dari *Philtres Enthufiastica*, per quæ ex iudicio Medicorum morbus quidam veneficus contrahitur, pergimus ad proferendum *iudicium Theologicum*; atque hic iterum infantiam nostram in re difficillima, lubentes confitemur. Multum loquuntur nostrates de *Enthufiasmo Diabolico*, sed nihil addunt de modo *Enthufiasmum excitandi per philtres Magica*. Hinc eo magis nobis venia danda est, quo facilior est lapsus in re hætenus nondum satis diligenter explorata. Antequam autem sententiam nostram exponamus, observamus, nos non curare calumnias Quakerorum, qui vel malitiæ vel blasphemiae accusant illos, tremorem illum Quakeristicum Diabolicum esse docentes (vide *William Catoni & Stephani Crispi* verba ap. Dn. Schelguigium artic. I. de principio cognoscendi p. 52.) Certissimè enim persuasi sumus, Tremorem illum Ecstaticum esse ex Diabolo, quia Ecstases cum tremore conjunctæ nequeunt probari vel unico exemplo sacro. Trementes enim in S. Scriptura videbant, audiebant, considerabant, ambulabant, alloquebantur, cum tremor Quakeris sensus, vocem mentemque adimat, ut proinde minus recte

De à tremore Prophetarum v. gr. Ezechielis XII. 17. ad Quakerianum argumententur Lavvſon , Foxius , & Philalethes Dn. Schelguigio citati p. 197. Hiſce annotatis, docemus quod hæc modesta & moderata ſententia noſtra ſit : *Diabolum nonnunquam ope hereticorum veneficorum atque Philtorum Magicorum, ex permiſſione tamen divina, ita pios atque impios quoad corpus animamque affligere, ut in Enthuſiaſmum prolabantur.* Morbus hic veneficus vel cum obſeſſione idem eſt vel Analogiam quandam habet obſeſſionis corporalis, dum immundi Spiritus in illis membris, in quibus vigor anime continetur inſident, & corrupta per media illa phantaſia ipſam animam irrumpunt atque lædunt.

§. II. *Cauſam efficientem principalem* hic vocamus *Diabolum*, qui eſt *Spiritus falſus*, I. Reg. XXII. 22. *Spiritus erroris* I. Joh. IV. 6. Peculiaris fuit *Origenis* & *Caffiani* ſententia, quod ad quodlibet vitium ſigillatim dæmon à ſupremo dæmone ablegetur, quibus accedit *Gregorius Nyſſenus* in Libro de Vita Moſis p. 194. docens : à Diabolo quidem, hoc eſt *dæmonum principe tentandorum hominum partes atque officia diſtribui.* Peculiaris porro eſt ſententia ejusdem *Origenis* Homil. 35. in Lucam ut & *Caffiani* Collat. IIX. c. 17. & Coll. XIII. c. 12. *malum cuique gentium attributum à Deo quemadmodum cuilibet etiam angelus bonus ſit cuſtos datus.* *Henricus Cuyckius* in Annotationibus ad *Caffianum* ideo ſugillat *Caffianum*, ſed nullo jure. Quod ſi enim illa ſententia de duobus Angelis eo præſertim modo, quo illam *Gregorius Nyſſenus* expoſuit, tolerari poteſt. Ita autem Nyſſenus : Eſt ſermo ex majorum a) traditione ſidem ſibi vendicans qui dicit : Poſteaquam natura noſtra in peccatum decidit, Deum hunc lapſum noſtrum providentia ſua minime deſtituiſſe, ſed Angelum quendam ex iis, qui naturam corporis expertem ſortiti ſunt, adhibuiſſe ad unius cujuſque vitæ tutelam ac præſidium at ex adverſo, naturæ corruptorem pari machinatione contramitti & pravo quodam ac malefico adjuncto dæmone, humanæ vitæ perniciem afferre : porro hominem in amborum medio conſtitutum, alterutrius ſcopum ac propoſitum alterutrius propoſito contrarium ſuo pte momento valentius reddere. Quod vero *Cuyckius* opponit : neque incita-

a) Ad traditionem provocat, in primis ad librum antiquum Paſtoris,

incitatione egere dæmones, ut nos infestent, cum ad id faciendum ex perversæ naturæ suæ inclinatione ipsi propendeant, & si DEUS malum angelum nobis deputasset in exitium, videri peccati autorem, cujus fomitem sive causam nobis subministraret: *utrumque leve est.* Non enim incitari à DEO malum dæmonem dicimus: ac ne assignari quidem attribuique singulis, sed permitti tantummodo Diabolo, ut quos velit, custodibus Angelis objiciat. Causa efficientes minus principales sunt Heretici veneficiis dediti, qui cum doctrinam demoniorum habent, I. Tim. IV. i. è Schola Satana sunt Apoc. II. 9. & merito a B. Apostolo vocantur 2. Cor. XI. Apostoli Satana, Cause organice sunt Philtra magica arte confecta, qua homines in deliria conjiciuntur, ut malus dæmon deliriis illis deinceps se immisceat, atque phantasiam hominum magis magisque perturbet. Potest equidem Diabolus, tum sine veneficiis, tum etiam sine philtris homines in Enthusiasmum præcipitare, verum ut hæreticos, qui veneficia exercent, magis induret, hique incantationibus suis omnem vim adscribant, subdole Dæmon ea media adhibet. Atque ita utitur mediis, quæ per se maniam atque Epilepsiam excitant, ita tamen ut concurrat speciatim, suæque adessentia & operatione media alias per se nocua artificiosus longe in usu constituat, quam quidem per homines etiam callidissimos fieri potest. Diximus porro morbum illum veneficum vel cum obsessione corporali incidere, vel cum illa tantum aliqualem analogiam habere. Prioris generis Enthusiasmum apud gentes maxime deprehendimus, ita tamen ut nec exempla recentiora defint. Sic in Gallia Hadriana Fraxinea vaticidia puella, crebros raptus perpeffa, à Diabolo, uti tunc temporis omnibus notum fuit, obfessa erat corporaliter. Petrus Cottonus Jesuita hanc veluti oraculum frequentavit. a) Hodie diabolus uti mavult posterioris generis Enthusiasmo, qui habet tantum analogiam aliqualem, qui consistit in eo, quod hic quoque Diabolus corpus animamque obsideat, sed subtilius tamen & moderatius, rectius dicas magis rectum adhibeat Dominium, homines, non avulgares nugas & blasphemias apertas, quemadmodum vulgo in obsessionibus corporalibus fit, incitando, quin potius ad proferendas minas, sub specie veritatis contra impœnitentes, compellen-

D

a) Conf. Thuanum Lib. 132. Hist. ad annum 1604.

lendo. Quod autem analogia quædam obsessionis in istiusmodi Ecstasibus deprehendatur, non negabit, qui historiam fanaticarum muliercularum attentius perlegerit. Sic apud Pontificios *Martha Brofferia* in *Lusitania*, per fascinationes, atque obsessionem quandam analogicam Ecstatica evasit, quemadmodum & de *Magdalena de la Cruz* & *S. Gertrudi* constat, quarum illa per *triginta annos* à dæmone fascinata fuit, hæc præter opinionem suam in raptibus suis à dæmone sæpissime turpiter decepta fuit. Conf. *Bzoviam* ad annum 1201. §. 10. Similia de duabus puellis in *Svecia*, à Diabolo quidem obsessis, sed non nisi pœnitentiam atque veritatem prædicantibus, narrat *Dn. Feustkingius* p. 565.

§. III. Variis regerent illi, qui pactum diabolicum cum veneficis negans, adeoque iudicium nostrum de Philtris Enthusiasticis exhibent, I. Objiceretur, Diabolum *spirituali modo colloqui cum anima*, adeoque eam *insensibili modo afficere posse*, ut non opus sit istiusmodi philtris, quæ sensus corrumpendo ipsam etiam animam affligant. Respondemus: Nos itidem docere, quod Diabolus animas affligere queat sine istiusmodi philtris, per solas suggestiones, modo non negetur etiam media illa adhiberi à Satana pro lubitu. Rem illustrabimus: Diabolus nos satis tentare potest, licet non appareat externa forma, interim tamen formam externam plane non negligit, quemadmodum in tentatione Christi per Diabolum videmus, ubi & iudicio *Magnifici Domini Fechtii* in Programmate quodam a) *Boni Angeli externa forma servitium præstiterunt*, quando vestiti corpore vel gladiis, baculis atque virgis in fugam coniecerunt Diabolum. Sicut enim, quæ ratio *Dn. Fechtii* est, Diabolus externam induerat speciem, ut conspici à Christo, cumque illo colloqui posset: Ita & Angeli externa forma apparentes dicto modo fugarunt Satanam. Quæ autem causa foret, propter quam nequeamus itidem asserere diabolum, licet non nunquam solum per suggestiones sine mediis illis homines in Enthusiasmum ducat, tamen sæpe pro lubitu media illa adhibere. Dissentiens sane ad eam imbecillitate ingenii cum *Thomasso* laborat. Is enim ine-

The-

a) In festo Michaelis 1704. proposito, de Bonorum Angelorum cum demonibus commissis in hominum salutem præliis.

Thesibus de Crimine Magia ex relatione autorum der Unschuldigen Nachrichten von Alten und Neuen Ao. 1702. p. 220. docet: das pactum sey mit dem Teuffel unnöthig auff Seiten des Menschen: denn das Geld / die Ehre und Wollust / die er dadurch suchet / könnten wol erlangt werden. Eben dieses Bündniß sey unnöthig auff Seiten des Teuffels: denn der könne ja den Menschen durch seine Affecten viel fester verstricken. Recte autem regerunt Dn. Collectores quoad primum: aber eben so bündig läßt es sich schließen / es wären keine in der Welt / weil man auch durch zugelassene Mittel Geld erwerben könnte: Quoad secundum: Allein warum sollte denn nicht eine doppelte / zumahl mit Verläugnung Gottes / geschehene Verstrickung stärker seyn. Quæ dicta sunt Thomasio, dicta quoque sunt dissentienti, ex eodem capite cum Thomasio argumentanti. Interim non audiendi sunt Græci recentiores, qui in Florentina Synodo, Diabolum ejusq. satellites post peccatum suum, naturam quodammodo & substantiam mutasse, dixerunt: Diabolus inquit, & qui cum ipso exciderunt gloria Dei, carnem propemodum acceperunt, & qui materiæ erant expertes, ex parte materiales facti sunt. Nam idcirco, & ad materialia currunt corpora πρὸς τὰ ὑλικά σώματα τρέχουσι & in corporibus acquiescunt, cujusmodi erat ille, qui dixit: Si ejicis nos, Domine, permitte nos intrare in gregem porcorum. Et permisit ipsis, & irruit grex in præcipitium: Ac propterea & in humanis corporibus habitare cupiunt. In ipsis enim requiescunt. Ecce quomodo ex parte carnales sunt & supplicio sunt afficiendi, & materia, quam acceperunt in igne concremabitur in æternum. Angeli omnino sunt expertes materia. Hanc absurdam opinionem, uti vocat Philastrius cap. 59. habent cum nonnullis patribus communem atque desumerunt ex sententia Platoniorum, demones mediæ conditionis inter Deos hominesq. statuentium. Conf. Porphyrium Lib. II. de Abstinencia ab animatis & Apulejum de Deo Socratis aliosque Philosophos quos adduxit Mich. Psellus in Libro de Operatione Dæmonum. Antequam autem hinc ad alias objectiones pergamus, quædam de Patrum sententia, quoad colloquia animarum & Dæmonum adjicienda sunt. Celebris scil. est

apud plerosque Patres sententia quædam, quæ nostræ videtur ob-
sistere. Etenim nullam rem creatam, quamlibet corporis expertem,
cum re altera spiritali misceri infundiq; posse putant, atque hoc Dei
proprium esse defendunt. Ideirco Dæmones hominum infellores
solas corporis latebras intrare posse dicunt, animæ vero interiora ad-
ire non posse, neq; se in illam infundere, aut penetrare animarum sub-
stantias. Ita docent *Paschasius* de Spiritu S. c. I. atque *Didymus* in
primo de Spiritu S. cap. 15. Sed illi non tam de ea penetratione &
infusione, quæ per loci conjunctionem fit, intelligenda sunt, quam
de efficientia & instinctu, quo per sese, nullaq; re interjecta Deus agit,
ac movet, quod Angeli nequeunt. Ita *Bernhardus* interpretari vide-
tur Serm. V. in Cantica: Illud, inquit, scitote, nullum creatorum
Spirituum per sese nostris mentibus applicari, ut videlicet nullo me-
diante nostri sui que corporis instrumento, ita nobis immisceatur
& infundatur, quo ejus participatione docti sive doctiores, vel
boni, vel meliores efficiamur. Nullus Angelorum; nulla anima-
rum, hoc modo mihi capabilis est, nullius ego capax. Accedit & *Ru-
pertus*, qui in libro de Voluntate Dei Cap. X. ita: proinde cum quis
Diabolico plenus dicitur Spiritu, non hoc existimandum est, quod
substantiam humanæ animæ substantia Diabolici Spiritus ingressa sit,
sed quod in occultas corporis cavernas irrepserit, animamq; in suis sedi-
bus deprebensam tartareis diverberet flagellis, interficiat venenis, in-
flammet incendiis. Aliud igitur est de hac intima efficientia &
ἐναγυεῖα loqui, aliud de præsentia in eodem loco, mutuaque pene-
tratione substantiæ, quam plerique Theologi Angelis ac Spiritibus
denegandam non purant: tametsi cujusmodi revera sit, ne con-
jectura quidem consequi possimus, quoniam penetratio ista, infu-
sioque substantiarum non aliter à nobis intelligitur, quam ut di-
mensio quædam, ac moles una cogitetur, per quam sibi invicem ap-
plicentur.

§. IV. Objicetur II. quod, si Dæmones cum anima nostra
dicto modo colloquantur, sequatur, inde Diabolos nostras cogita-
tiones scire. Certe, *Paschasius*, quem paulo ante citavimus, hanc
ob causam colloquia Dæmonum & animarum negare videbatur. Re-

Spon-

D 3

diffé-

differuit *Augustinus* Lib. XII. de Genesi ad lit. Cap. 16. eamque docuit, non ab ipsis imprimi corporibus, ac fieri, sed à *spiritu nostro*, mox capite sequenti ita subjicit: quæ spirituales corporalium similitudines in animo nostro, quemadmodum innotescant spiritibus etiam immundis, vel, quid obstaculi patiatur anima nostra ex isto terreno corpore, ut eas invicem in nostro spiritu videre nequeamus, intueri, & explicare difficile est. *Certissimis tamen indiciis apud nos constitit, enunciatas esse à Demonibus cogitationes hominum.* Sed ea notitia, inquit *Petavius* Lib. I. de Angelis Cap. VII. §. 10. p. 23. vel sponte eorum, qui occulte cogitabant, ab illis accepta est vel ex quibusdam indiciis & internorum sensuum agitatione utcunque collecta. Priorem vero illam *Augustini* suspicionem de signis quibusdam sensibilibus, quæ ex quacunque cogitatione manant in corpus, refellit *Fulgentius* in III. ad Monimum Cap. IV. ubi contra *Arianos* ostendit, *verbum mentis, etiam humana, non extra mentem extare, nec in corpus redundare.* Imo ipsemet *Augustinus* sententiam suam retractavit, ac pene damnavit, certe in ambiguo relinquere maluit Libro II. Retractat. c. 30. Cæterum, qui subtilitates amant, conferre possunt B. *Kühnii* *kurzes Theologisches und bescheidenes Bedencken von der Mysticorum Quietismo Contemplativo, oder Mystischen Beschauungs = Ruhe / welche Mich. de Molinos jüngsthin zu Rom von neuen zu introduciren gesucht /* qui Cap. III. pertractat hanc quæstionem: num in contemplatione supernaturalium necessario usus phantasmatum interveniat, naturaleque sit animæ corpus informanti non intelligere quidpiam, nisi per conversionem ad phantasmata?

§. V. Objicietur III. multum *adscribi ludibrio humano*, per quod sæpe factum sit, ut inter gentiles Ecstases atque Enthusismi confingerentur, quemadmodum *Antonius van Dalen* Medicus Harlemensis in Dissertationibus *de oraculis Ethnicorum* pluribus ostendit, & notum est ex historia visionum *Christina Regina Baderin* Concionatoris cujusdam Würtembergicæ filix. Dn. *Feustkingius* pag. 169. ex Concionatoris Aulici Wurtembergici *Joh. Reinhardi He-*

dingeri relatione ludibria puellæ illius ita describit : Wenn sie vorges-
 geben / ob habe der Engel der *Petersin* Glaubens Gespräch ihr zuge-
 bracht / so habe sie solches unter dem Kleide allbereits versteckt ge-
 habt / und mit einer grossen Geschwindigkeit nur hervorgezogen :
 den Blumen-Strauch hatte sie in einem Gläslein unter dem Bette
 stehen gehabt / des Morgens zu sich genommen / und den Leuten als
 von dem Engel überhändiget gezeiget. Die Gläser / Stecknadeln
 und Messer / hätte sie durch Geschwindigkeit so gegauckelt und unter-
 gesteckt / daß man glauben müssen / ob kämen sie aus ihren Munden
 oder giengen von ihren Leibe. Der Engel / welcher oft angeklopffet /
 sey sie selber gewesen / weil ihr Bette nahe an der Thür gestanden.
 Das Fleisch und Brodt hätte sie mit List erpractisiret / und ein Stück-
 lein / so sie unter den Armen verborgen gehalten / *ac tempo* vorgezeiget.
 Alles habe sie gethan / damit sie groß seyn / und für heilig
 möchte gehalten werden. Conf. Pantheon Anabaptisti-
 co Enthusiasticum p. 158. Sic & *Elisabetha Barthona virgo Cantia*
alias dicta, teste *Burnetto* in *Historia Reformationis Anglicanæ*
 ad annum 1534. P. I. p. 87. habuit amicum *Richardum Masterum*,
 parœciæ *Aldingthoniensis* Ministrum, qui illam docuit, *quomodo se*
in Ecstasi gerere debeat, quinam gestus formandi, & quænam dicenda
sint. Respondemus (1) in genere, nos non inficiari, hominum lu-
 dibrio non nunquam Ecstases adscribi posse, attamen omnem
 certitudinem historicam ideo tolli, negamus, atque reprehendimus
 in *Dalenio*, quod genuina à falsis non satis accurate, distinxerit, (2)
 in specie reponimus, *Ecstases Quakerorum tam miras esse atque stu-*
pendas, ut non potuerint easdem imitari moriones, rerum ludicrarum
peritissimi. Juvat hanc in rem audire verba sequentia. *Gerh. Cræsi*
 Lib. II. p. 356. *Helena* erat Anglis *Nelta*, illa scenica ludia, ac salta-
 tricula notissima, *Londini* primum post *Caroli Regis* carissima ama-
 tia, Et quanquam inter histriones omnes homines omni corpo-
 ris gestu exprimeret, tamen nunquam quam studiosissime scrupu-
 losissimeque tentaret, ne quidem coram rege & aulicis, quos etiam
 hujusmodi ludicris sæpe oblectabat, Quakerum ita poterat effingere,
 ut etiam in eo se accommodaret, ut pari modo duceret, comprimeret,
 remit-

remitteret Spiritum, ac tum quippiam eloqueretur aut precaretur, *ut non animadvertetur, affectare quidem illam suspirationem, quosdam etiam affectus, sed eadem opera ostendere, se eas res nullo ingenio, nullo usque habere cognitās, neque ulla conjectura potuisse assequi.* Simile de quodam morione ac sannione Regio mihi testes oculati narraverunt.

§. VI. Nec majoris ponderis est Obiectio IV. *ex vi imaginationis petita*, quam magnam quidem esse in hominibus concedimus, sed majorem, *si diabolus se imaginationi ingerat, per morbum veneficum, sensoria, ut ita loquar, animae corrumpendo.* Cavendum vero, ne, qui soli imaginationi Ecstases adscribit, in absurdas atque Atheisticas opiniones *Cesaris Ceremonini & Petri Pomponatii* incidat. *Cesar Cremolinus*, Philosophus *Paravinus*, cum plures res mirabiles imaginationi soli adscriberet, eo redactus est, ut in *Tractatu de Calido innato* 1634. Lugduni edito, passim assereret, *animam nihil aliud esse, quam calidum innatum, ex quo motus corporis existant.* *Petrus Pomponatius* Italus opus de *Incantationibus* reliquit, quod cum encomio evulgavit *Guil. Gratarolus Medicus Bergomensis*, & in quo omnia veneficia negat, imaginationi sive Phantasiæ corruptæ hominum adscribendo. Atque, ut constet *Pomponatii* absurditas, non omittere possumus paradoxam & ridiculam *Pomponatii* sententiam de pluvia per arduentes preces propulsa. Scilicet hic nihil miraculosi adesse putat, quia orantium *phantasia* tum valida fuerit, ut aer obsequium præstaret, vel *effluvia precantium* inter orandum reliquo tempore fortiora per vapores suos nubeculas propulsarint.

§. VII. Cautè quoque dispiciendum de Obiectione V. qua regitur *Enthusiasmum illum Quakerorum naturalem esse, ex morbo quodam violento ortum*, ita ut supervacaneum sit asserere Diabolum ope philtorum corpus, atque hoc mediante animam inquietam reddere. Nam licet confiteamur, *morbos alias naturales plurimum ad Ecstasin conferre a)* tamen non negamus supernaturalem aliquam

a) Conf. B. Georgi Franci à Franckenau *dissert. de Vaticanis Linguisque agrotantium*, Dn. Stolterfothi *dissert. supra jam citatam*, Celebrissimi Dn. Paullini *dissertationes de Monasteriorum quorundam in Germania origine.*

aliquam vim morbis accedere, quam si Medicus in ipsomet morbo distinguere nesciat, turpiter labitur. Hinc etiam viri eruditi peculiarem operam dederunt, qua in scriptis suis τὸ Θεῖον in morbis deprehenderent, ut præter *Thomam Bartholinum* in Morbis Biblicis, *Valent. Henricus Voglerus* a) *Georgius Wolffgangus Wedelius* b) *Hier. Jordanus* c) *Wilhelmus Electorvodius* d) fecerunt. E contrario autem eruditi illi, qui Θεῖον in morbis non recte observarunt, multas turbas dederunt, ut *Gvil. Aderus* Medicus Anglicus, qui teste Gallo *Vigneul de Marville* T.III. *Melanges de la literature* p. 153. librum illum de ægrotis & morbis in Evangelio, Criticis Anglicanis insertum conscribere coactus, quod τὸ Θεῖον in morbis negaverat. *Sebastianus etiam Wirdigius*, alias vir probus, in sua medicina spirituali, inter alios errores fuit, minus recte docet, quod fascinatores non fiant duntaxat spirituum & fortis Phantasiæ viribus ac præstigiis, sed aliis etiam mediis & remediis naturalibus. Imo ex Atheorum numero *Petrus Pomponatius* in Tractatu de immortalitate animæ p. 135. *Hieronymus Cardanus* in Operibus, *Balthasar Beckerus*, eo deveniunt ut obsessionem corporalem demonum pro nudis morbis habeant.

§. IIX. *Pajonismum* vel *Papianismum* fulciri ex nostra sententia, forte quis VI. objiciet. Scilicet *Papinus*, *Pajoni* Nepos, Criticam contra *Jurium* de gratia Dei immediata edidit, atque in illa asseruit: impotentiam nostram moralem in conversione, ortum trahere ex intemperie corporis & cogitationibus perversis ob intemperiem corporis in anima existentibus, hac igitur correctâ & mutata, corrigi & mutari animæ inclinationes statuit. Confer *Arbussi* Traite de la juste idée de la Grace immediate, ou reponse à la Critique de la doctrine de Mr. *Jurieu* c.V. seq. Nos *Papino* illi accedere videmur, dum asseruimus *Enthusiasmum* ex intemperie corporis, quam morbo quodam venefico

a) in Commentario de rebus naturalibus ac medicis, quorum in Sacris Scripturis fit mentio.

b) in Exercit. Medico-Philologicarum S. & profanarum Decadibus.

b) in Libro de eo, quod Divinum, aut supernaturale est in morbis humani corporis.

d) in Tractatu Anglico, cui titulus: an Essay upon miracles.

eo promoveri diximus, non exigua habere subsidia. Hinc porro sequi videtur absurdum illud: *Gratiam* nempe *DEI* immediate operari non posse in istiusmodi *Enthusiastæ* conversione, sed illam demum succedere feliciter, mutata temperie. Respondemus: pravas cogitationes *Enthusiasticas* non ex intemperie & *δυσμετρία* corporis potissimum, sed ex corruptione facultatum animæ nasci, tanquam malos fructus ex arbore mala, h.e. intemperiem corporis non esse causam primariam *Enthusiasmi*, sed veluti instrumentalem tantum, quæ Diabolus utatur ipsas facultates animæ corrumpere atque ita *Enthusiasum* producere. Hinc, cum non soli intemperiei corporis *Enthusiasum* adscribamus, *Papinianismus* nobis imputari nequit, præsertim si hic repetamus, humanis mediis deficientibus, solam Dei gratiam prodesse.

§. IX. Quando porro diximus, pios etiam morbo illo venefico affligi posse multa VII. objici possunt: præsertim autoritas *Origenis* & *Elem. Alexandrini*, quorum ille videtur existimasse *Homil. XV.* in *Josuem*, pios non esse obnoxios tentationibus *Dæmonis*, (quæ vel per suggestiones vel per immisionem morbi illius venefici fiunt,) quia victus semel *Dæmon*, à tentandis deinceps hominibus absterneat. Hic *Lib. VII. Strom. p. 317.* perfectos jam in omni virtute, ac veluti meritos fideles ad eum, statum perducit tandem asseverat, ut custodibus Angelis non amplius egent, sed ipsi custodiam banc præstent sibi. Respondemus utraque sententia præsertim prior, licet probabilis videatur *Hugoni Victorino* & *Lombardo à Petavio* commemoratis *Lib. II. de Angelis Cap. VIII. p. 73.* tamen nobis plane commentitia videtur: quippe quam & communis omnium Patrum & Christianorum sensus respuit, qui hoc habet: Non uno tentationis genere oppugnare nos demonem quemlibet, neque semel, sed iterum ac sæpius, & ad extremum adeo usque spiritum laceßere, ac velut ex insidiis inopinantes aggredi, intermissa identidem vexatione ut incautis nobis improvisus irrumpat. Illud interim verisimile est, debilitari infringiq; eos insignibus & frequentibus piorum hominum victoriis, ut minus crebras ac validas impressiones in eos faciant, à quibus prostrati sunt, sic ut pluribus *Cassianus* explicat *Collat. VII. c. 21.* Addimus, quod *Origenes* secum pugnare videatur, dum in loco citato cuili-

cuilibet vitio *peculiarem Demonem* adscribit. Nam si ut *Origines* vult, suum quisque Dæmonem habet, & singulis hominum vitiis præsident certi Dæmones, ut sit veluti alius fornicationis Spiritus, alius iræ, alius avaritiæ, alius superbiæ, quo fit, ut per singulos homines plures esse credendi sint, quia non singula singuli homines habent vitia, vel peccata committunt, sed plura ab unoquoque videntur admitti: *non videtur demon una pugna superatus absistere nisi ad tempus*. Denique adjicimus ultimam h. e. *Octavam Objectionem*, quæ dicitur: Habere hoc pacto homines excusationem & esse a reatu liberos, quia ex morbo per philtrea magica contracto peccant. Respondemus: Agit dæmon violenter in corpus & animam mediante corpore, non tamen irresistibiliter, nisi quis sua culpa in talem impotentiam se conjecerit, vel moribus fanaticis, vel superbiæ & singularitati nimium indulserit, quemadmodum supra sect. I. ejus generis homines vidimus, qui *Quakeristicas Ecstases exoptarunt*. Interim quoad pios, fidelis Deus est, qui non patietur aliquem tentari supra id, quod ferre potest 1. Cor. X. 13. Hoc constat exemplo *Epiphanii* contra Philtrea Gnosticorum Magica optime à Deo conservati. Deinde cum consensus piorum non accedit, sensus etiam gravissimus iisdem obesse nequit. Quæ postrema verba rite sunt exponenda contra *Michaëlem de Molinos*. Is scilicet, neque recte sensum tentationum intelligit, neque consensum tentatorum. Sensum ponit in corporibus tantum, vel ut *Fenelonius* vult, qui illum sequitur, in parte inferiori, appetitu sensitivo, quo & imaginationem referunt Quietistæ. Sensum docet porro, violentum esse, tantumque, ut nullus major esse queat, dum Diabolus physice manus & membra alia contra animarum voluntatem movet, ita quidem, ut nunquam ob violentiam externam accedat tentatorum & quidem piorum consensus, sed potius hæ violentiæ sint medium magis proportionatum ad annihilandam animam & ad eam ad veram transformationem, & unionem perducendam. Conf. Innocentii XII. damnationem proposuit. Mich. de Molinos proposuit. 41. *Natalem Alexandrum* in pec. dissert. contra Quietistas, quæ Tomo VII. Histor. Eccles. Parisiis, 1699. editæ, annexa est,

est, & Beguardorum errore n esse observat, *Ludovicum Doucinium* Jesuitam circa initium Libri IV. del' *Histoire del' Originisme*, qui *Origenistas* cum *Quietistis* hac in parte comparat. In *Gallia Franc. Salignac de Fenelon* Archiepiscopus Dux Cameracensis en la explication des maximes des Saints sur la vie interieure, eadē cum *Molinosis* docuit, ita, ut tum Præsules Galliae Ludov. Ant. de Noailles, Archiep. Parisiensis Jac. Benignus Bossuet Episcop. Meldensis & Paulus de Godet des Marais Episcopus Carnotensis in declaratione sua annexa Explicationi *Fenelonii* edit. 1698. Amstelod. tum *Innocentius XII.* *Fenelonium* ideo condemnarent. Jure ne, an injuria facta sit condemnatio, non disceptamus, sed tantum observamus eundem *Fenelonium* in *Instructione Pastorali* multa in sententia sua emendasse, atque commodius locutum esse.

§. X. Atque hæc quoad judicium Theologicum sufficiant. Videant autem *Monotheiste*, *Dailionius*, *Baltasar*, *Beckerus*, *Antonius van Dalen*, *Benedictus Spinoza*, *Reginaldus Scotus*, *Hobbesius*, *Petrus Pomponatius*, *Cardanus*, *Job. Franc. de Ponzinibus*, *Wierus*, *Thomasius*, *Kulmus*, *Hoffmannus*, *Bodinus*, *Vannius*, *Gabr. Naudeus* a) annon *Diaboli* patrocinium in se suscipiant cum veneficia turpiter negant. Sane si non aliunde constaret, *darisagas*, saltem ex historia philtorum *Enthusiasticorum* longe certissimum argumentum saltem deducitur. Quod superest *Monotheistis* sedulo commendamus *Michaelis Pselli* librum de operatione daemonum, quem *Lutetiae* Græce & Latine edidit *Gilbertus Gaulminus* An. 1715. b) & benignissimum Deum precamur, ut nobis auxilio suo semper adesse velit, contra omnes hostium nostrorum insultus. Amen.

a) Horum sententiam sigillatim & prolixè exposuimus, cum in *Collegio Hist. Religionis Motuum MSC. Monotheismi turbas* describeremus.

b) Scriptor fuit *Seculi XI* aut ut alii volunt *Noni*: Fuerunt enim duo *Michaelis Pselli*, duobus seculis à se invicem remoti.

Ad Clar. & Nob. Dn. SA-WARTUM.



Um ad hanc Academiam nostram accederes, SA-WARTE,
à Præceptore quondam Tuo, GEORGIO RAPHELIO,
Viro ab excellenti eruditione jamdiu celebrato: & quo
ego amicum magis sincerum, meiq; amantorem nunquam
habui, mihi commendatus, statim eam Tibi operam dan-
dam esse intellexisti, ne tam sollicita, quam pro Te, magno equidem &
prorsus singulari Tui amore accensus, gessit, cura indignus deprebende-
reris. Itaque in omne id studiorum genus, quod viam Tibi ad sacrati-
ora, quibus destinatus ab optimis Parentibus es, sternere noveras, lau-
datissimo nisu incumtere, denique ipsam Theologiam salutare, eamque
Tibi, tanquam ægypti post hac Tuum, familiarem reddere cœpisti.
Quem ob finem juxta aliorum doctorum auctoritatem & meas Te scholas
non sine industria laude frequentasse libentissime testor. Nunc etiam
documentum publicum edis, quo declaras non audivisse Te tantum,
quæ prelegebantur, sed ita comprehendisse, ut adversus adversantium
impugnationes defendere possis atque rueri. Cujus rei initium facis ab
ea secta, quæ hodie sub pietatis schemate mundum fascinat, & nec ma-
gicis artibus superstitionem suam promovere veretur. Quo de instituto
ut Tibi ex toto animo gratulor, ita ventror supremum Numen, ut maio-
ribus subinde studiorum incrementis Te beare & ut fructus eorundem
uberimus aliquando ad Ecclesiam, ingenuumque ad parentes solatium
redundet, efficere velit, Scr. in museo, die II. Jan. M DCCVII.

JOH. FECHT, D.P.P.

Consist. Duc. Adf. & Distr. Rost. Superint. Fac. Theol. Senior.

Wie kömpts/das jedermann dei Dräcker Krankheit
fliehet/

Und ihrer Raseren kein Kluaer Beyfall giebt?

Weil kein Gesunder gern das Pulver um sich siehet/

Dann der/der dieses wil/sich niemahl selbstem liebt.

Dieses setze seine Schuldigkeit dem Hn. Respondenti
zu bezeugen

Ein Gewisser auFrächtiger Diener.

Vera latens tandem virtus exurgit in altis
 Oras, atque sui signa vigoris habet.
 Mi, SA-WARTE, Dei donum prænobile Summi,
 Nec minus & mentis portio magna meæ,
 Quam Tua se prodit Virtus pulcherrima, fructus
 Quam fert egregios, tempus in omne, tuos!
 Hocce docet Tua docta manus, quæ *PHILTRA* revelat,
 Non ut quem offendas, sed mala jam referas.
 Gratulor ergo Tibi scripti de fote politi,
 Quod Tua doctrinæ dextra polivit amans.
 Gratulor in primis Tibi de Pietate, Jehovaham,
 Qua colis, ut Dominum nocte dieque Tuum.
 Hæc Virtus omnes virtutes continet in se,
 Hæc fulgetque solo, splendet & Illa Polo!

Sic Præclare Docto DN. RESPONDENTI
 applaudere voluit

GEORGIUS CASPARI, Riga-Livonus,
 S.S. Theol. & Phil. Cult.

Es kan ein edler Geist durch fremde Länder reisen /
 Wenn er durch Witz und Fleiß bey ihnen lehret ein :
 Bald kan er dies / bald das mit jenem Volck beweisen /
 Was unsrer Nation unglücklich deucht zu seyn.
 Er reist durch Fleiß / mein Freund / das Pulver uns zu finden /
 Das mancher Nocker braucht / nach Holl- und Engelland :
 Wer hätte doch gedacht ihr Zittern zu ergründen ?
 Er thut's ! Er fahre fort / zu zeigen ihren Tand !

Mit diesen schlechten Zeilen wolte bey dem Hn. Resp.
 seine schuldige Auffwartung machen

Dessen Hochverbundener Diener

JOH. BRAMEIER, Hamburg.

